

194 TH. BARTHOLINI

*Iusto vela modo pendentia cornibus æquis
Torsit. ———*

Nec non *Artemidorus* lib. 2. *Oneir.* cap. 12. de Tauro: *Similis est malo navis, & toti ipsius structura, ὅτι τὰς βύσσους καὶ τὰ κέρατα, quæ cornua postea cap. 23. per τὰς τοιχάρχας in somno interpretatur, hoc est, ut vertit Cornarius, lateribus præfectos. Et Valerius Flaccus Argonaut. lib. 1.*

— *Antennaque lævo*

*Prona debiscentem cornu cum sustulit
undam.*

Eâdem curvitatæ ratione cornua *Celsus* lib. 7. cap. 26. nominat plagas lunatas in calculi scissione; quæ lib. 8. c. 4. etiam de lunato sinu profert. Unicornu autem utroque nomine medium lignum notat, partim quòd incurvum emineat, & acutum, quale video in annexa figura Crucis optimè expressisse nuper *Ioh. Mich. Dilherrum* in Notis pereruditæ ad Crucifixionem; (sive acutum fuerit eâ parte qua Christum sustinebat, quod contra *Dilherrum* pernegat

Nic.